



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 92. Deputatus ab Armenorum Patriarcha ad Papam ablegatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

§. XCII.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1564

*Deputatus ab Armenorum Patriarcha* 

---

*ad Papam alegatus.*

Sub ejusdem Pii IV. Pontificatu Ar- *Raynald.*  
menorum Patriarcha, quem Abid-Jehu *num. 51.*  
Salacæ Successorem fuisse dicunt, Ec-  
clesiæ Romanæ fidem palam profiteba-  
tur, ac summi Pontificis Primatum  
agnoscebat. Hanc in rem Nuntium no-  
mine Abagarum decrevit unacum binis  
literis, quarum prima nomine omnium  
sibi subjectorum iefe Christi Domini Vi-  
cario submisit, altera vero ejusdem be-  
nedictionem petens, ejus patrocinium  
exorabat his verbis: „petimus, ut con-  
„firmetis, & renovetis patrocinium, quod  
„olim Beatisimus bonæ memorie Papa  
„Silvester, & S. Constantinus Imperator  
„largitus est Regi nostro Tartaro, & S.  
„Gregorio primo nostro Patriarchæ, seu  
„Catholico, obsecramus, confirmate, ac  
„nobis remittite, renovantes veterem  
„illam inter nos amicitiam, ut fiat *unum*  
*ovile, & unus Pastor.*

Hæc epistola die prima Aprilis mil-  
lesimo quingentesimo sexagesimo tertio  
data erat Ethemiazin vulgo Trecclesiis  
prope Erivan Armeniæ urbem, quæ  
etiam Turcomania dicebatur, & Per-  
sarum Regis imperio obnoxia erat. Hæ  
literæ anno sequenti die vigesima Mar-

Sæcul XVI. tii summo Pontifici tradebantur, una-  
A. C. 1564. cum fidei professione a Patriarcha trans-  
missa, quæ plures continens articulos  
a Joanne Baptista, qui erat Æthiops qui-  
dam tum Romæ commorans, latine  
reddita est: de cetero in epistola Spi-  
ritus sancti Processio a Patre, Filioque  
disertis verbis adstruitur: profitetur e-  
tiam Patriarcha septem Sacra menta, &  
tria duntaxat prima Concilia Oecume-  
nica, Nicænum, Constantinopolitanum,  
& Ephesinum: dicitur quoque, quod  
Patriarcha, omnesque, qui ejus auto-  
ritatem venerantur, nec fermentato  
pane, nec aqua in Altaris Sacrificio  
utantur. „Omnes Monachi nostri, in-  
„quit, sunt casti, ac Virgines, &  
„nunquam ducunt uxores: clerici vero  
„non Regulares illas ducunt, ac postea  
„Sacerdotes fiunt: ceterum centum,  
„ac quinquaginta quinque diebus in  
„quolibet anno jejunamus, abstinentes  
„etiam a piscibus, & lacticiniis: insu-  
„per alios etiam intra annum quinque  
„dies jejunii habemus, in quibus ova,  
„& lacticinia comedimus. Nullo die  
„dominico totius anni de alicujus sancti,  
„vel sanctæ festivitate memoriam faci-  
„mus, nisi de Domino nostro tantum,  
„atque omnes sub utraque specie com-  
„municamus: porro primam, & se-  
„cundam copulam Matrimonii bene-  
„dici-

una-  
trans-  
culos  
s qui-  
latine  
a Spi-  
ioque  
ur e-  
ta, &  
ume-  
num,  
quod  
ucto-  
itato  
ficio  
, in-  
, &  
vero  
ostea  
rum,  
s in  
ntes  
nsfu-  
ique  
ova,  
die  
ncti,  
faci-  
um,  
om-  
se-  
ne-  
lici-  
„dicimus, ac coronamus, tertiam vero Sæcul. XVI.  
„minime: denique nos omnes credi- A.C. 1564.  
„mus, quidquid sancta, Catholica, &  
„Apostolica Ecclesia credit, & quid-  
„quid ipsa anathematizat, nos quoque  
„anathematizamus.

Hic Patriarcha cum mira dexteritate, ac scientia prædictus esset, plures Nestorii Sectatores ab errore retrahens Catholicorum numerum oppido auxit.

§. XCIII.

*Hispaniæ Rex Papam exorans pro  
obtinendo B. Didaci Canoniza-  
tione.*

Idem summus Pontifex hoc anno die Rayn. n. 58.  
decima quarta Aprilis a Cardinale Galeſin. vit.  
Alexandrino Philippi II. Hispaniæ Re- S. Did.  
gis, ejus Filii, Complutensis Academ. apud Sur.  
miæ, totiusque Provinciæ supplicem pag. 298.  
acceperat libellum, quo hi una omnes  
Papam rogabant, quatenus Canonisa-  
tionem Beati Didaci ex oppido S. Ni-  
colai, Fratris Laici, seu Conversi ex  
Ordine Fratrum Minorum promovere  
velit: porro jam ante centum annos Vide Lib.  
hic Religiosus Sanctitatis fama conspi- CXII.  
cuus in Henaresino Conventu obiit, cum §. XCVI.  
vero ejus patrocinio multa miracula  
olim patrata, atque etiamnum patrari  
referretur, hinc Pontifex habita etiam  
X 3 harum